



**Jubilæum Sæculare Ecclesiæ Catholicæ Per Septendecim
Sæcula Militantis & Triumphantis Contra Idololatriam,
tyrannos, hæreses, schismata, errores, & scandala**

Per Septendecim Sæcula Militantis & Triumphantis Contra Idololatriam,
tyrannos, hæreses, schismata, errores, & scandala ; Ex Annalibus
Ecclesiasticis collectum Pro Xenio Oblatum Academicæ Sodalitati
Dominorum B. Mariæ Virginis Annunciatæ Herbipoli, Anno ...

Herbipoli, 1699

Decas II. Ab anno 210. ad annum 220.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64743](#)

Ab anno 200. ad 300.

91

cadare casione irrogata videtur, quod Christiani
& filii omnes ad genua Sacerdotum flexo popli-
rim pte, manibusque suppliciter junctis ad
parit confessionem peccatorum faciendam, se-
nilia e in terram demitterent. Scilicet aranea-
em tam rum venenata indeoles est, toxicum sugerere
empon ex quo vis etiam piissimo opere.

¶(209.210.211.212)¶ Milites & Ana-
toninus filius Severi Imperatoris ægrè fe-
erato rentes, quod bellum protraheretur, Seve-
rū pedibus ægrum convitantur. Qui hanc
nta filii sui, jam Imperatoriis acclamationibus
Salutati, & militum proditionem inaudi-
ens, ad tribunal portari se jussit, fistique
reos, una cum filio Antonino. Cumque
in omnes, præterquam in filium more ma-
jorum adverti imperasset, omnibus iis ad
territorium prostratis & veniam implorantibus:
sentitis inquit caput Imperare, non pedes? quo
facto militum metus in Principem, sed fi-
lii in Patrem crevit audacia, ut multifariè
mortem ei machinaretur: quæ insolentia
causam magni mæroris Severo præbuit,
quo tandem contabuit.



DECAS II.

¶ *Ab anno 210. ad annum 220.* ¶
213. S Everus helluo Christiani sanguinis
mori-

92 Ab anno 200. ad 300.

moritur, succendentibus Antonino & Geta. moxque Antoninus medicos supplicio ficit, quod sibi Patris necem accelerare benti non obtemperassent. Præter quotquot parentem suum observasse verat, ne unico quidem superstite reliquo medio tollit. Vocatus est hic Antoninus CARACALLA sive CARACALLUS propter vestimenta, ut ait Dio & Spartianus quæ antea Romæ nunquam visa erant, ipse primus è Gallia detulit, populoq; donavit.

☆(214.)☆ Geta Augustus jussu Antonini fratris occiditur in Julianæ matris gemitio, natus annos viginti duos. Omnes quoque fautores Getæ eadem crudelitas ab Antonino interempti sunt. Quos inter Papinianus erat Princeps & gloria jurisconsultorum, quem ideo neci subiectum quod fraticidium in Geta patratum coram Senatu excusare nollet. Tantæ fuit crudelitatis Antoninus, ut aliquando in ludi circensisbus, cum populus aurigam ejus cavillatus esset, immisso quamprimum militibus plurimis trucidatis magnam stragem ediderit. Videtur singulari provideat horribile Dei factum, ut Caracalla esset flagellum Cypri Gentilium, propter exercitam in Christi annos superioribus annis crudelitatem. S. Peter quod

quidem non in Christianos, sed tantum in Ethnicos s̄e viit flagitosissimus hic Imperator, qui crudelitati abominandam quoque impuritatēi conjunxit, nec ipsam suam novercam Julianam reveritus in uxorem accipere.

¶(215.216.)¶ Caus vir Sanctissimus atque doctissimus disputat adversus Proclum inter Cataphrygas illustrissimum Montani discipulum: quo convicto confutatoque, contra Pseudo-Paracletos ac novae Prophetiae sectatores, adeoque in ipsum Tertullianum Zephyrinus dixit Anathema, quo tamen sanatus non est vir superbiā tumens, sed efferatus adversus medicum petulantius insaniit, & furere. Coepit contra Christianos.

TERTULLIANISTÆ HÆRETICI.

Este S. Augustino ab hoc tempore sectam suam à Cataphrygibus divisam Tertullianus promovere laboravit, & præter alios errores docuit, animas per traducē propagari, pessimas autem post mortem converti in dæmones. Solitus est de eo dicere S. Hieronymus Laudo ingenium ovidie hominis, & damno hærefes. Fertur quoque Cyprianus nunquam absque Tertulliani lectione Christi unam diem elabi permisſe, & cum ejus scripta n. S. peteret, dicero consuevisse Da Magistrum.

217. Agrippinus Episcopus Carthaginensis collectio Africæ atque Numidiæ Episcoporum Concilio statuit hæreticorum ad Catholicam Ecclesiam deuentium Baptismum esse reiterandum. Qui error communis etiam dicitur fuisse Tertulliano, & causa fuit multarum turborum in Ecclesia: donec à pleno Concilio postmodum extictus est. Antoninus specie benevolentiae Alexandriam venit & iram quam concepit, erga cives Alexandinos (qui dicebantur vitia Imperator ac præcipue fraticidium Getæ improbre & arguere crudelitatis,) pleno imperio omuit tam furiosè, ut dato militib; quos copiosos secum adduxerat, mandat ingenitem civium multitudinem ferro leverit, urbe & fanis expilatis. Quærum divina ultio videtur fuisse, quia in libi tempore Severi ferocius sævitum fuisse in Christianos quam Römæ & Alexandri.

Origenes Alexandriæ Romam venit, que Ambrosium quendam virum pereditum Valentini & Marcionis hæresis infestum ad fidem convertit, à quo postmodum idem Origenes rebus omnibus victum & ad studia necessariis adjutus, commentarios in sacras litteras scribere adiutorius est, tanto ardore ac facilitate, ut plu-

Ab anno 200. ad 300.

95

quam septem celeribus & expeditis scribis
quotidie alternis vicibus occupandis par-
solus effet.

¶(218.) Caracalla præsagiis variis
vitæ finem instare edoctus, omnis generis
præstigias & magias exercet ad scrutanda
Deorum arcana, suumque fatum explo-
randum.

¶(219.) Caracalla Imperator in Me-
sopotamia Edeffam inter & Carras Macri-
ni operâ à Martiale centurione ferro con-
foditur, & idem Opilius Macrinus natio-
ne Maurus, vili loco natus, ac sceleratissi-
mus Imperator acclamatur.

Eodem anno vivente adhuc Caracalla
refert Epiphanius in Jericho inventos esse
in dolio occultatos libros Sacrae Scriptu-
rae, ex Hebreo in Græcum translatos.

¶(220.) Macrinus Imperator ob
crudelitatem interimitur, unâ cum filio
suo Diadumeno: cui succedit Heliogabalus
filius Caracallæ natus ex Soemiale Ma-
xæ sororis Julæ Augustæ filia.

Dicitur hic est Heliogabalus, quia Sacerdotem
eagerat in templo Solis in Phœnicia, cuius populi
solem Elagabalum appellare consueverant.



De-